



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Cur Dæmon appelletur draco magnus, & rufus. Et visum est aliud signum  
in cœlo & ecce draco magnus, & rufus. Sectio IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

Domini praparentis ceruus, seu, vt habetur in Hebr. Vox Domini obstetricis ceruus, genere feminino, & est sensus ceruas prae metu parere, cū audiūt tonitruū, quod hoc loco vox Domini appellatur. Nōne tibi Ecclesia tanquā cerua videtur ad sonitū tonitruū peperisse, cū propter metū Iudaeorum in caenaculo conclusa in die Pentecostes tacto repente de caelo sono tanquā adueniētis spiritus vehementis foras egressa Christi Domini fidem liberē, metūque omni deposito praedicaui, & per Petri praedicationem circiter tria millia filiorum Christo peperit, vt habes Act. 2.

Verū, vt de extremo mundi tempore cum Ioanne disseramus, verē tunc Eccl. cerua erit ob difficilē partum, dolorēque acerbissimos nō in conuertendis modō Iudaeis, atque Gentilibus: sed etiam in retinendis fidelibus: vnde instat cerua rugiet praedolore. Id quod etiam adumbratum fuit in Rachel, quae acutissimis doloribus peperit Beniamin, vt refertur Genes. 35. vbi ita legimus: Cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cepit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia hūc habebis filium. Egređiente autem anima praedolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, Filius doloris mei. Pater verō appellauit eum Beniamin, id est, Filius dextrae. Etenim Ecclesia inter persecutiones patiens doloribus cruciatur, ita vt eius filij tunc editi filij doloris dici possint. Sed simul etiam à Patre filij dextrae appellantur: quia qui eo tempore fidem retinent, fortissimi sunt, eosque Deus tanquā filios habet legitimos ad dexteram suam in fine mundi collocandos. E contrario Paulus nothos, i. adulterinos filios appellat, quos Deus in hac vita laboribus non exercet. Quōd si (inquit) extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis: quō loco pro adulteri legendum est, adulterini, quod nomen pro spuris, & illegitimis vsurpauit interpretes, quos & Graeci, & Latini appellant nothos, eoque verbo vsus est eo loco Paulus. Rupert. lib. 6. in Genes. c. 15. non vult Rachel in partu typum Ecclesiae fuisse, sed Synagogā. Moritur (inquit) Rachel, & mors Lya silentio premittitur, quia Synagoga palam per inuidiam à gratia excidit, Ecclesia verō Gentium viuit per fidem usque in finem seculi. Simulque aduertit non vacare mysterio, quōd Rachel in partu obierit: quia nimirum Synagoga tunc mortua est, cum Christum, & eius Apostolos emilit: vnde dicitur: Egređiente anima praedolore, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei: doluit enim, cum inuidit, & dolenda sorte inde mortua est, quōd ex ipsa vita sumpta sit. Pater verō appellauit eum Beniamin, id est, filius dextrae: qui filius profecto est Apostolorum chorus, quem Pater cōfedere fecit cum Christo ad dextram suam in caelestibus.

Tonitruum vox Domini.

Ecclesia periturus die Pentecostes.

III. Ecclesia dolor tempore Antichristi.

Gen. 35. 16.

Legitimi Ecclesiae filij qui.

Hebr. 12. 8.

Rupert. Rachel in partu Synagoga non Ecclesiae typus.

Apostoli filij dextrae.

Cur Damon appelletur draco magnus, & rufus.

Et visum est aliud signum in caelo & ecce draco magnus, & rufus.

SECTIO IX.

Post signum illud magnum mulieris vidit Ioannes aliud signum in caelo, draconem videlicet magnum, & rufum, habentem capita septem, & cornua decem, & in Capitis diademata septem: quem draconem Doctores communiter Diabolū interpretantur. Sed meritō quæres, cur draco iste in caelo apparuerit, & quidem facilis esset responsio, si caeli nomine Ecclesia intelligenda esset: sed cum in superioribus ostensum fuerit non esse accipiendam Ecclesiam caeli nomine, cum mulier, hoc est, Ecclesia in caelo, vt potē à se ipsa distincto apparuerit: alia offerēda ratio est, videlicet quae eadem modū Ecclesia in caelo apparuit, quia inde traxit originem, caelestemque vitam agit in terris: ita etiam draconem, hoc est, Dæmonem in caelo apparuisse, tum quia inde cecidit, vt paulō post docet Ioannes:

X.

Draco in caelo cur apparuerit.

kk ij



tum quia Ecclesiam ipsam in celo moribus degentem persequitur.

Illud est vberius explicandum, cur Damon appelletur *Draco rufus*: Quod igitur ad appellationem Draconis spectat, multa à rerum naturalium scriptoribus draconum conditiones commemorantur, quæ in Damonem maxime conueniunt. Primum enim reperiuntur dracones alati, qui in sublime feruntur. Secundo. Reperiuntur in calidioribus regionibus. Tertio. Dicuntur potissimum habitare circa turrim Babel, & in desertis antiquæ illius Babylonis ingentes admodum reperiuntur. Quarto. India dracones habet, & Elephantes perpetua discordia bellantes tantæ magnitudinis, vt facili circumplexu draco Elephantem ambiat, noxiòque nodo constringat. Vnde D. Ambros. lib. 3. in Hexameron c. 9. *Draco, inquit, Elephanti ligat, cuius ruina mors ætætoris est: & ideo sime in utrunq; ætatur, ille vt pede alliger, in quo casus victi sibi nocere non possit: iste ne posteriore extremus pede, aut cæle capiat angustia, ubi vel ipse nõ se queat retorquere, & draconis grani proterere vestigio, vel sequenti Elephanti auxiliũ nõ habeat.* Quinto. Ex draconũ cerebro extrahitur lapis qui dicitur draconias, siue draconites, sed nõ durefcit in lapidem, nisi detrahatur viuenti draconi, nam si prius draco obeat, soluitur illius durities. Huius lapidis meminit Tertull. li. de habitu muliebri c. 6. *Aut, inquit, de frõibus drac. gemæ eoni, sicut & in pisciũ cerebroũ lapidoftras quæ adũ est. hoc quoque dicit Christiana, vt de serpente cultor fiat: sic calcabit diaboli caput, dũ de capite eius æquicibus suis, aut ipsi capiti ornamenta fruat.* In quem locum annotauit Rhenan. citã Plin. li. 37. c. 10. huiusmodi flapidẽ nisi viuenti draconi abscindatur, nõquam gemme fecerit inuidia animalis mori se sentientis. Itaq; morem esse, vt dormientibus animalibus caput amputent. Sotac. citans à Plin. tradit vchi bigis, qui eã querunt, visũque dracone spargere soporifera medicamenta, atq; ita caput præcidere: esse autem candore translucento, nec postea politũ, aut artem admittere.

*Draconum, & Elephatorum discordia.*

*D. Ambros.*

*Draconias lapid unde detrahatur.*

*Tertul.*

*Rhenanus.*

*Sotacius.*

III.

*Psal. 90. 13.*

*Pf. 103. 26.*

*Rab. Chimhi*

*Damo creatus vt homines illudat, & illudatur ab eis.*

*D. Hieron.*

*D. August.*

*Iob 40. 14.*

*Septuag.*

*D. Hieron.*

*Psal. 36. 11.*

*Demon quid illudatur à Sanctis.*

*D. Hieron.*

*Luc. 10. 9.*

Igitur Damonem Draconem appellari peripicuũ est ex Pl. 90. *super aspidentem basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & Draconem: quem locum patres communiter de Damonẽ accipiunt: & Psalm. 103. Draco iste, quem formasti aut illudendum ei: ubi est sermo ad literam de Leuiathan, siue ceto, dupliciterque exponitur: vno modo iuxta sententiam. R. Chimhi, vt dicatur cetus creatus à Deo, vt ludat in mari, ceteraq; omnia aquatilia contemnat, ac denoret altero, ad illudandum ei, id est, vt illudatur ei, videlicet vt homines postquam eum ceperint, ei illudant, & insultat: quæ vtraque expositio cadit in Damonem, de quo sub typo ceti sermo est, vt eum Deus fecerit, tum vt hominibus illuderet, tum vt ei ab hominibus illuderetur. priorem expositionem secutus est D. Hiero. *Datus est, inquit, in hoc mundo ad illudandum nobis: quanto enim Monachos, & clericos precipitauit.* Posteriorem D. Aug. conc. 4. in Psal. 110. *illudẽ, inquit, draconi ad hoc enim factus est draco.* Id quod etiam dicitur Iob 40. de behemoth, siue Elephanto in typum Damonis: etenim pro eo, quod nos habemus: *Ipse est principium viarum Domini, qui fecit eum, applicabit gladium eius, Septuag. translulerunt: Hoc est principium sitionis Domini, factum vt illudetur ab Angelis eius: & vtraque translationem sic interpretatus est Hiero. *Qui fecit eum, applicabit gladium eius, id est, malo quo alios interimit, ipse punitur: sicut & de eius similibus dicitur, Psal. 36. Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Præterea ipse est initium figmenti Domini, vt illudatur ab Angelis eius, id est, Sanctis: ab his enim illudatur, quando per gratiam sancti Spiritus eis subditur, & inuocatione nominis Christi ab obsessis corporibus effugatur. Eodem sensu idem Sacror Doctores accipit illa alia verba eiusdem c. *nunquid illudẽs ei (id est leuiathan) quasi auis aut ligabis eum ancillũ tuũ, seu, vt Septuag. reddiderunt: Illudẽs ei quasi auis, aut ligabis eum, anquam passerem ptereo? Quod, inquit, quasi auis illudẽs perhibetur, quia fides parua, & minima ad potentiam***

VIE  
Apoc.

penitentiam Dei habeatur, cuius nomine voluit demonstrare: quodque alliganda ancillis dicitur, illud est, quod ipse Dominus dicit, Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Quod verò iuxta Septuag. dicitur: Alligabis eum sicut passerem infantulo, habetur Esai. 11. Delectabitur infans super foramine aspidis: & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet: hunc enim infantem accipere debemus vnumquemque Sanctorum, qui de fonte, id est, de vtero matris Ecclesie tanquam infans Deo renascitur. Igitur iuxta hanc D. Hier. expositionem erubescere debet Christianus, quoties ei Dæmon illudit, cū ipse potius Dæmon illudere debuisset: siquidem eum Dominus Deus formavit, vt à suis Sanctis ei illuderetur, & gratiæ suæ præsidio effecit, vt ei infirmiores quique qui per ancillas significantur, ita possint illudere, sicut infantulus illudit passeri, quem filo ligatum tenet. De Dæmonibus etiam accipiunt Remig. & August. locum illum Psal. 73. Contribulasti capita draconum in aquis: tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Æthiopum. Draconum capita, inquit, August. id est, Dæmoniorum superbias, quibus Gentes possidebantur, contriisti super aquam: quia eos per baptismum liberaisti. Deinde confregisti caput draconis, id est, superbiam, quæ est insitium omnis peccati, & veluti caput serpentis, iuxta illud, Ecl. 10. Initium omnis peccati superbia. Dedisti eum escam populis Æthiopum, hoc est, populis Gentium, qui ante conversionem nigri erant instar Æthiopum: quemadmodum indicauit Paul. Eph. 5. Fuiſti aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino. Sed quomodo acceperunt istum draconem in escam? Puto, quia magis Christum acceperunt in escam, sed Christum, quo se consummarent, Diabolum quem consummerent. Hæc Aug.

Dæmonis in-  
firmas ad  
potentiam  
Dei.  
Esai. 11. 8.

Christianus  
à Dæmone  
victus eru-  
bescat.

Remig.  
Psal. 73. 13.  
D. August.

Superbia  
serpentis ca-  
piti.  
Ecl. 10. 5.  
Eph. 5. 6.

Ex his palam est Dæmonem draconem appellari: nunc commemoratas draco- IIII.  
num conditiones breuiter percurramus. Primum igitur Dæmon ex genere est ala-  
torum draconum propter superbiam, qua super omnia conatur ascendere, vt ipse-  
met Esai. c. 14. confitetur. In cælum conscendam, supra astra Dei exaltabo solium meum.  
Deinde quemadmodum draco bellam cum Elephante gerit, & ruina Elephantis  
mors est draconis: ita Dæmon Christum aggressus, eumque per ministros suos  
interficiens ab eodem moriente oppressus fuit, iuxta illud Osee. 13. Ero mors tua, o  
mors. Quo loco mortis nomine non solum mors ipsa, sed Diabolus etiã accipiendus  
est, quem iam aliàs docuimus mortem appellari. Tertio. Habitat dracones in locis  
calidioribus, quoniam præcipuè Dæmones adolescentiam, quæ ætas vegetior est,  
& ardentior, libidinis, aliarumque passionum facibus infestant. Accedit quòd in li-  
bidinosi hominibus præcipuè habitant. Appellari autem luxuriam, ac libidinem  
ignem perspicuum est ex Iob. 31. Si deceptum est cor meum super muliere, & ad ostium  
amici mei infidiatus sum: scortum alterius sit uxor mea, & super illam incuruentur alij: hoc  
enim nefas est, & iniquitas maxima: ignis est usque ad perditionem deuorans, & omnia et a-  
dicans geminã, hoc est, vt interpretatur D. Hieron. omnia bona virtutum deuorans,  
atque vniuersa in homine sanctarum rerum incrementa consumens.

Osee. 13. 14.

Adolescentes  
libidine infes-  
tat Dæmon.

Iob. 31. 9.

Libido, ignis  
consumens.

D. Hieron.

Eandem ob causam Apostolus tentationes luxuriæ tela ignea appellauit, cum v.  
dixit: In omnibus sumentes sicutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extin-  
guere. Quo loco D. Chryl. tela ignea absurda desideria, & D. Thom. prauas concu-  
piscencias interpretatur. Et quidem merito tentationes libidinis igneis iaculis  
comparatur. Primum, quia præ alijs animum, & corpus maxime inflamman. Se-  
cundò, quia quemadmodum ignis in locum aliquem iniectus propinqua omnia  
ædificia, vicinã que syluam corripit: ita luxuria eum animum incederit, omnes  
animi vires consumit, & de vicio in vitium quasi flamma de domo in domum ser-  
pit. Tertio denique, quia quemadmodum parua scintilla, nisi statim extinguatur,

Ephes. 6. 16.

D. Chryst.

D. Thom.

Tentationes  
luxuriæ ignea  
tela propter  
mias.

Histor. iacob. Kk. iij.



magnum excitare solet incendium: ita exigua carnis tentatio, nisi quamprimū so-  
piatur, incredibiles in animo flammaram globos excitat: id nimirū est, quod ti-  
mebat Iob cum dicebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.*  
Vbi modum loquendi obserua: neque enim dixit: *Pepigi fœdus cum oculis meis ut ne*  
*intuerentur quidem virginem:* sed, *ut ne cogitarem quidem de virgine.* Videbat quippe  
vir sapientissimus ex aspectu virginis ita facillè cogitationem accendi perpetrandi  
sceleris, ut iam ipsa visio sit veluti cogitatio: quoniam ea aspectum continud  
sequitur, cogitationem delectatio, delectationem consensus: vnde Thren. 3.  
meritò dicitur: *Oculus meus depradatus est animam meam.* Porro eleganter ait se fœ-  
dus pepigisse cum oculis: quia sicut in fœderibus, & compositionibus, qui fœde-  
ra percipiunt, aliquid ex vtraque parte de suo iure deperdunt: ita cupiebat Iob,  
ut oculi de suo iure aliquid perderent non videndo interdum, quæ liceret, neque  
omnem etiam licitam intuenti occasionem arripiendo: ipse que etiam animus  
de suo iure aliquid remitteret, id est, voluptatem, quam ex pulchritarum rerum  
aspectu licitè poterat accipere. Caiet. obseruauit in fœdere hoc, quod Iob pepi-  
git cum oculis, indicari propositum firmum, & inuolabile non aspiciendi curio-  
sè fœminas, eo quod pacta, & fœdera nullo pacto licet violare, & infringere.

Card. Caiet.  
Iob propo-  
sitam non aspi-  
ciendi fœmi-  
nas.

VI.

Dæmon Rex  
Babylonis ex  
Gregor.

Hier. 39. 6.

Dæmonem  
superans glo-  
ria gemmam  
aquirit.

Quartò. Rectè dracones circa turrim Babel dicuntur habitare: quoniam Dæ-  
mones Babel, id est, confusionem, mentis que perturbationem & amant, & effi-  
ciunt, ibique potissimum habitant: quam ob rem Dæmon Rex Babylonis appel-  
latur à D. Greg. lib. 7. Mor. c. 16. vbi expédens, quomodò Nabuchodonosor Rex  
Babylonis filios Regis Sedechiæ ante ipsius oculos trucidari præcepit, ut refertur  
Hier. 39. sic ait. *Occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis eius, & omnes nobiles Iuda:*  
*oculos quoque Sedechiæ eruit. Rex Babylonis est antiquus hostis possessor intima confusionis qui*  
*prius filios an. e intuentis oculos trucidat: quia sepe sic bona opera, interficit, ut hæc se amittere*  
*ipse, qui captus est dolens cernat, & ad hoc quandoque eo peccati vsu perducitur, ut ipso quo-*  
*que rationis lumine priuetur, vnde Rex Babylonis extinctis prius filijs Sedechiæ oculos eruit:*  
*quia malignus spiritus subductis prius bonis operibus, post & intelligentia lumen tollit. Po-*  
*stremo, præcidendum est Dæmonis caput, ut extrahatur inde gemma gloriæ, quæ*  
*ex capite draconis meritò extrahi dicitur: quoniam eum vincendo, & superando*  
acquiritur. Eo tamen à draconite lapide hæc gemma distinguitur, quod draconi-  
tes poliri non potest, nec artem admittit, ut diximus: at pretiosa gloriæ gemma  
ampliùs poliri potest: imò quoties Dæmon vincitur, nouus inde gloriæ lapis  
multò pretiosior, & pulchrior elicitur.

VII.

Dæmon seu  
draco cur-  
rufus appa-  
rurrit.

Dæmonis  
fraus.

Iob 4. 11.

D. Hieron.

Septuag.

Dæmon for-

mica in fir-

mitibus leo.

Quod verò attinet ad rufum draconis colore, illa in primis ratio afferri potest,  
apparuisse tinctū colore rufo, seu sanguineo propter sanguinem Martyrū, quem  
extremis temporibus, de quibus hoc loco agitur, per Antichristum, eiusque se-  
ctatores effundet. Hoc enim sensu capite lexto diximus Romanū imperium sub  
Nerone significatū à Ioanne fuisse in equo rufo, eo quod maxime in Christianos  
sæuus, & immanis extitisset. Accedit, quod color rufus dolum, fraudem, & mali-  
tiam designat: quid verò Dæmone fraudulentius: id circò enim comparatur ti-  
gri, quod animal vario colore, maculisque distinguitur: quam appellationem ha-  
bes Iob 4. *Tigres perijt, eo quod non haberet prædam.* In quem locum aduertit D. Hier.  
70. transtulisse *Myrmecoleon*, id est, *formica, & leo.* Quem, inquit, nos verius *Diabolum*  
*dixerimus, qui quando prædam agit de sanctis inquam de maioribus rebus, ut leo habendus*  
*est: quando verò minima querit auferre, formica dicensus est: & quia sicut formica granum de*  
*area, ita ille cogitationes bonas auferit de cordibus hominum.* Adde appellari Dæmonem  
formicam, & leonem, quia infirmis quidem leo est, at resistentibus formica, que  
facillè pede conculari potest.

Quoniam